N. 3848.

CURRENDA XX.

A. D. 1862.

---

257. p.

Relatio de fatis Lotteriae Romanae in Dioecesi hujate ulterior.

E Nro praes. 239. Currendae XVI. non minus quam e N. 3695 Cur. XVIII. a. c. Ven. Clerus gratam perceperat notitiam de venditis jam in Dioecesi 1300. sortibus ac de transmissa quota notabili: 20 franc. in auro et 678. f. v. a. in rem thesaurii Pontificii, adjutorio Orbis indigi. E praesenti rursus Nro, respective e honorandissimis Excellentissimae Nuntiaturae Vien. Litteris inferius appositis capiet convictionem de divenditis iterum 400 sortibus, nec non de transmissis 210. f. v. a. pro eis; simulque de submissis novis 500. quarum jam venditae aut praenumeratae extitere: 348. remansere igitur 152. quae brevissime, ut opinamur, coementur, aut plures adhuc praenumerabuntur. Eadem aestimatissima Epistola, gratias agendo pro tantis erga Sedem Pontificiam sensibus, attulit 50. exemplaria Imaginis Clementissimi Papae Pii IX. praestantis sculpturae, altitudinisque unius ulnae, inter illos Benefactores distribuenda, qui majorem sortium numerum emerant. Quarum huic Currendae adjungimus pro illis Decanatibus proportionatam quantitatem, e quibus major summa ad Nos appulit, in Notific. XIX. specificata, pro gratissima memoria illis propensis Filiis a Perillu. Decanis admanuandam, qui in Consignationibus resp. inter Largitores eminent, sive majori sortium numero immediate empto, sive in Parochia collecto. Genuinus Epistolae de 18 Dec. a. c. venerandissimae textus ita sonat:

„Illme et Revme Domine! Meum duco certiorem reddere Dominationem Vestram Illmam et Rmam una cum existimatissimis Suis literis die 11 labentis mensis datis, sed tandem hodie ad me perductis, rite me recepisse 210 florenos et 67. Crucig. A. V., ac unam schedam (vulgo Couponem) 2½ francos habentem mutui Pontificii uti pretium 400 titulorum Lotteriae Romanae jam transmissorum.

Insuper heic andnexas alias expetitas 500 sortes praedictae Lotteriae transmittere festino, quarum series incipit a N. 1,259.501, et continuatur usque ad N. 1,260.000., rogans, ut me de earum receptione certiorem facere humanissime velit.

Adjicio 50 exempla imaginis SSmi Patris, ut distribuantur gratis inter eos, qui majorem aliquem sortium numerum emunt.

Denuo quamplurimas Dominationi Vestrae Illimae et Revmae gratias agens pro hoc studii et obsequii erga S. Petri Sedem testimonio, cum pecularis observantiae sensibus permaneo Dominationis Vestrae Illimae et Revmae addictissimus famulus Ant Archiepus Tarsensis, N. Ap.“

Pro coronide significamus, post emissionem Currendae XVIII. emptas aut praenumeratas extitisse 121. sortes videlicet: e Parochia *Tarn.* 30. e Dec. *Dąbrov.* 30. e Dec. *Brest.* 6. e Dec. *Vet. Sandec.* 10. e Dec. Tymb. 45. quos laudandos utinam sequantur Alii.

Tarnoviae 30. Dec. 1862.

N. 3860.

Exemplaria schedularum cum: Niech będzie pochwalony.. adhuc emittuntur.

Penes Currendam XI. a. c. Ven. Clerus pro qualibet Ecclesia exemplaria memoratarum schedularum, quarum tenor praeprimis quoad *indulgentias* recitantibus illam formulam: *Niech będzie pochwalony i błogosławiony Przenajś. Sakrament &c* inditas.. publicandus commendabatur, una cum Orationibus pro Missa nova de S. Angela Mericia Virg. nec non cum Officio div. ad Breviarium, acceperat.. Quoniam adhucdum plura earum in Cancellaria Nostra exemplaria prostent, proficuum esse reputamus, ut ea pro majori SS. Sacramenti gloria, simulque parochianorum salute emittantur ad Decanatus. Perillustres Decani pro quolibet Presbytero condecanali assignabunt ferme 4. exemplaria, seu 1. phyluram ex his, quae adjacent, distribuenda inter fideles, ut cultus hujus Augustissimi Sacramenti, quo in vitam aeternam saginantur, magis ac magis inter eos augeatur. Et pari ratione Ven. Clerus, quoniam nefors quotidie in Ejus sumptione pabulum vitae Sibi appropriat, fidelibus cultum Ejus instillando, jam ante et sub, jam post Missae celebrationem aequo temporis intervallo Ipsius venerationi vaccabit, ac favente aura vel tempore, retrahendo animum a negotiis domesticis, conferret Se ad templum cum Breviario, ibique coram Sanctissimo in Tabernaculo Veneratoribus patulo, sacrum persolvet pensum.

Strenam hanc in pagellis his emittentes apprecamur Vobis gregis Dominici Pastoribus circa exordium anni cuncta faustissima. Utinam *gloria* per Vos augeatur, *in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis!* Et postquam vetere expirante variae tribulationes certe non ob aliam causam, quam propter peccata, jam Civitates, jam Ecclesiam oppresserant, in medium adhuc proferimus verba S. Pauli in Epist. ad Romanos II. 4-10. pro ultimo anni die ad ruminationem Sacerdotio ab Ecclesia Dei assignata: *„An divitias bonitatis ejus et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam adducit? Secundum autem duritiam tuam et impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus; iis quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerunt, vitam aeternam: iis actem, qui sunt ex contentione et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio. Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum: gloria autem et honor et pax omni operanti bonum.“* Tarnoviae 30. Dec. 1862.

Nr. 3845.

Operatum Visitationis Decanalis maturandum.

Vigore Ordinationum Consistorialium, quas omni anno *Specificatio* Relationum statis anni temporibus ad Nos expediendarum Schematismo inserta in memoriam revocat, circa finem Decembris *Operatum Visitationis Decanalis* Nobis anteponendum est. Quoniam vero paucissimi huccusque Perillustres Decani his morem gesserint, adeoque per praesentes ad maturandum isthoc negotium vel ad dandam relationem, in Domino obstringuntur.

Tarnoviae 31. Dec. 1862.

N. 3861.

Consecratio 3. Ecclesiarum et Confirmatio millium ultro 15. sub Visitatione Canonica A. 1862.

Pro grata notitia Vener. Clero publicandum esse censemus, quod *A)* Templa 2. e ligno erecta noviter, gratiam consecrationis sub Visitatione Canonica consecuta sunt, utpote *a)* in *Radgoszcz.* Decan. *Dąbrov.* in locum murari circa Annum 1809 inchoati, ast non consummati, licet jam ad fenestras perducti, cooperante Visitatione Episcopali Ao 1860, Alto Regimine ac Inc. C. R. Officio Circul Tarnov. expensis Concurrentiae aedificatum.. die 8 Jul. a. c. *b)* In *Xiążnıce*, Dec. *Radomyśl.* expensis Concurrentiae praeprimis MDi Mich. Equitis de Toczyński Patroni erectum et depictum, adaptatum.... die 18. Jul. a. c. et. *c)* Templum muratum diu non adaptatum in *Jurków* Dec. *Tarn.* singulari zelo Perillustr. Dyonisii Klimaszewski Curati ac Vice-Decani ope Concurrentiae et collectionis demum celeriter consummatum et exornatum.. 10. Aug. a. c. *B)* Confirmationis Sacramentum, quo 15466 militiae Christi selectiori adscripti et donis Spiritus S. exornati extitere, susceperunt: 1) In *Zasów* 2605 die 3. et 4. Julii. 2) *Zdarzec* d. 717 5. 3) *Radomyśl* 1068. 6 et 7. 4) *Zgórsko* 1070. 9 et 10. 5) *Wadowice* 982 d. 11. 6) *Słupiec* 264. 12. 7) *Czermin* 1283. 13 et 14. 8) *Borowa* 910 d. 15. 9) *Gawłuszowice* 1260 die 16. et 17. 10) *Księżnice* 700 d. 18. 11) *Przecław* 2252 d. 19 et 20. 12) *Nagoszyn* 662 d. 21. Jul. 13) *Wierzchosławice* 853 d. 3. 15) *Jurków* 840 die 10. Aug.

Tarnoviae 31 Dec. 1862.

N. 3844.

Dispartitio Currendarum ex anno expirante quae facienda.

Inter 20. Notificationes A. 1862 impressas reperiuntur 6. tractantes de Matrimonio, videlicet Currenda IV. V. VI. VII. a pag. 25 usque ad 56 sub titulo: **Instructio pro Judiciis ecclesiasticis Imperii Austriaci quoad causas matrimoniales ex A. 1855, introductas A. 1857.** et insuper 2. i. e. IX. et X. sub titulo: **Nowa ustawa o sprawach małżeńskich w Cesarstwie Austryackiém** — a pag. I. usque ad XV. quae ambae anteponendae sunt Currendis illis 4. prioribus.

His Currendis 8 adnectatur **Appendix de impedimentis matrimonialibus, dirimentibus et impedientibus..** penes Cur. XII. ex A. 1856. Hae simul consuantur et prae manibus habeantur, ut quovis casu obvio inspici et consuli queant. Pro his, qui Appendice non gaudent, accludimus ·/. aliquot exemplaria ejus.

Adjicimus hoc, quod idcirco de harum 6. Currendarum tenore in rerum per annum impressarum Indice parum occurret. Tarnoviae 31. Dec. 1862.

N. 3826.

VIII. Series eaque ultima collectionum piarum.

E Parochia *Rzezavien.* Dec. *Bochn.* *a.)* 28. f. V. A. videlicet 18. f. ceu donum Colendale pro SS. Papa Pio IX. *b.)* 5. f. pro Missionibus Immacul. Concept. B. M. V. *c.)* 1. f. pro Borgo. *d.)* 1 fl. pro Mettersdorf. *e.)* 3. f. pro Calvaria *Pacławska.* Pro his donis pax et benedictio ad N. A. 1862. Tarnoviae 31. Dec. 1862.

Nr. 3775.

Ulteriores Mutationes inter Ven. Clerum.

23. Decbr. 1862. N. 3775. R. Gabriel Hełpa coop. Ryglic. institutus pro Zbyszyce.
dtto R. Jacobus Błaszczeński Administrator Zbyszyc. qua cooper. ad Neoforum.
dtto R. Ludovicus Rudnicki coop. Neofor. qua talis ad Ślemień.
31. dtto N. 3836. R. Gasparus Bilik coop. in Osiek ad Kalwarya.

De origine solemnis orationis 40. horarun nec non de ejus significatu &c.

E Manuali Ecclesiasticorum Romae 1853 edito.

Instructio Praesidialis de 17. Dec. 1845. N. 502. haec sub N. s. 28. intuitu devotionis 40. horarum praescribit: Nabożeństwo 40 godzinne ma się w każdym kościele raz do roku odwiać. Czas do odprawienia tego nabożeństwa najprzyzwoitszy jest: a) Niedziela Quinquagessimae, poniedziałek i wtorek następujący; albo b) Niedziela Septua- Sexa- et Quinquagessimae; albo c) Czwartek ante Dominicam Quinquagesimae, jeżeliby przez jeden tylko dzień miało się odprawić.

Quoniam haec devotio plurimis in Ecclesiis solenniter variis temporibus ab Ecclesia concessis aut per Fundatores statutis celebretur: congruum esse censemus, verba aliquot de ejus origine, significatu, indulgentiis ex opere praestantissimo, supra citato suppeditare:

„§ 1. pag. 294. Solemnis quadraginta horarum orationis institutio Patri Josepho a Ferno, oppido Mediolensi, (dicto propterea de Mediolano) Ordinis Cappucinorum, adscribitur, qui summa dicendi vi praeditus, innumerosque pro Dei gloria, et animarum salute perpessus labores, obiit in eadem Mediolani civitate anno Domini 1556: quam introduxit in memoriam XL. horarum, quibus Salvator noster in sepulchro permansit. Henricus Spondanus ad an. 1556. Bened. XIV. in synopsi tom. 4. institut. 30. n. 19. post Thyers lib. 4. Cap. 17. Item P. Boverius Salutiensis in annal. Cappuc. tom. 1. (post correctionem) pag. 536. in vita, et gestis praedicti P. Josephi: de quibus ad meliorem historiae intelligentiam haec verbo ad verbum, quae sequuntur, exscripsisse non ab re existimatum extitit.

Illustris, (Pater Joseph) ac ferventissimus sua tempestate divini verbi praedicator fuit, atque adeo in hoc munere divina virtute praecelluit, ut admirabiles in hominum animis, ac praesertim cum orationi quadraginta horarum incumberet, cujus ipse primus auctor, ac institutor fuit, impetus, ac mutationes efficeret. Id uno, vel altero exemplo lubet ostendere.

Quo tempore Mediolanensis urbs, ob grassantia Caesarianorum, et Francorum bella, maxime consternata jacebat, in ea Josephus verbum Dei disseminans, civibus persuadet, ut quadraginta horarum orationem in urbe instituant, ex qua futurum illis pollicetur, ut ex tot incendiis, ac direptionibus, quibus urbs, ac totus Mediolanensis ager undique premebatur, tandem liberaretur. Cives, diuturnis jam calamitatibus attriti, ac Viri promissionibus allecti, haud surdas Josepho, qui plurimum apud eos ob vitae sanctimoniam, atque in dicendo vim auctoritate valebat, aures praebent.

Quare communi urbis consilio quadraginta horarum oratio primo quidem in cathedrali Ecclesia, tum etiam in aliis urbis Ecclesiis per totum anni curriculum instituta fuit: in qua, cum populus ad sacram Eucharistiam, et orationem conflueret, is Dei verbum per singulas Ecclesias ministrans, universos ad poenitentiam, ac meliorem vitae frugem hortabatur.

Nec defuit Servi sui promisso e coelo clementissimus Pater: vix enim ea in urbe oratio instituta fuit, cum paulatim bellorum tumultus coepit mitescere, sedatus armorum strepitus, ac pax inter Caesarianos, et Gallos, Carolo V. Imperatore, et Francisco Gallorum Rege ad Fossas Marianas in mutuum conspectum colloquium convenientibus, composita fuit.

(Sermo est de actis ante annum 1537.)

Haec autem quadraginta horarum oratio e ratione a Josepho instituta fuit, ut illud XL. horarum tempus ad mentem revocet, ac pia institutione colat, quo sanctisismum Domini Corpus in sepulchro olim conditum jacuit, indeque eam sibi apud Christianos religionem vindicet, ut, sacra Eucharistia publice in Ecclesia per totidem horas exposita, Christiana plebs poenitentiae Sacramento a culpis expiata, ac sacro Domini Corpore refecta, quo ad Dei dona capessenda aptior fiat, totum illud temporis spatium pia oratione celebret, quo Dominus pro hominum salute mori, ac sepulchro recondi voluit.“ Huc usque citati annales.

Quae paucis comprehendit verbis P. Hautinus Societatis Jesu, lib. 2. cap. 4. dicens: *Primus illius* (orationis XL. horarum) *auctor fuit ven. P. Josephus a Ferno italus Cappucinus, qui eo tempore, quo bellum inter Carolum V, et Franciscum I ardebat, ejusmodi preces miro cum fructu, applausuque induxit, nec impari per reliquam Italiam propagavit.*

Deinde vero ut per septem Romae Basilicas magna populi frequentia hujusmodi oratio celebraretur, s. Philippus Nerius (juxta Baccium in vita ejusdem Sancti; lib. 1. cap. 14.) auctor fuit.“

INDEX

rerum ferme omnium in Currendis XX. Anni 1862. contentarum.

I. Ordinationum ex parte Civitatis, Exc. Regiminis... Cur. Pag.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 31. Dec. 1862.

JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Tarnoviae & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1862.

№ 152.
J. M.

INFORMATIO

tam pro Parochis quam pro Commissariis episcopalibus circa modum procedendi in causis matrimonialibus.

In nexu Currendarum IX et X atque IV, V, VI & VII de anno 1862, quibus Venerabili Clero nova lex matrimonialis de 8. Octbr. 1856 communicata exstitit, sequentem specialiorem Informationem tum pro DD. Curatis, tum pro DD. Commissariis quoad causas matrimoniales edendam judicavimus, ut, quomodo in casibus obvenientibus eos procedere oporteat, facilius cognoscant.

I.

Informatio pro Curatis in processu matrimoniali circa Sponsalia et circa separationem a thoro et mensa.

A. CIRCA SPONSALIA.

1.

Sponsalia triplici sub respectu a curatore animarum sunt consideranda:

1. Constituunt fontem **impedimenti dirimentis** justitiæ publicæ honestatis (§. 35. Inst.) inter unum desponsatum et consanguineos alterius desponsati in primo gradu; ita ut nullus Sponsus cum matre aut sorore præsentis aut prioris Sponsæ, et nulla Sponsa cum patre aut fratre præsentis aut prioris Sponsi validum matrimonium contrahere possit, quod impedimentum manet, licet Sponsalia legitimo modo soluta fuerint.
2. Constituunt **impedimentum impediens** (Eheverboth), illicitas enim reddunt nuptias, quascunque Sponsorum alter cum tertia quadam persona contrahit, (§ 57. Instr). — nisi Sponsalia legitimo modo soluta fuerint.
3. Inducunt pro desponsatis obligationem moralem matrimonium secum contrahendi, nisi modo a lege ecclesiastica sancita obligatio haec cessaverit.

§. 2.

Si reclamatio ad Sponsalia provocando instituatur, Parochus ad mentem Instr. pro Jud. matr. §. 107 — 112. habito simul respectu §§. 2 — 10. procedet.

Circa quod sequentia abservamus:

Actio ex Sponsalibus, quae coram Parocho movetur, id intendere potest, ut accusatus vel ad servandam Sponsaliorum fidem permoveatur, vel a contrahendo matrimonio cum tertia persona, cohibeatur.

Utroque in casu Curatus, si factam ad se interpellationem fundatam esse agnoverit, praeprimis transactionem inter Sponsos tentabit, in id allaborando, ut vel Sponsus Sponsaliorum fidem recusans ad ea servanda inducatur, vel ut pars accusans eum a Sponsaliorum obligatione liberet. Si prius efficere Curato successerit, res est finita. Si autem posterius contigerit, protocollum desuper a Curato assumendum, et a Sponsis, adhibitis etiam duobus testibus, subscribendum erit. Re hunc in modum composita, utriquae jam Sponso alias nuptias inire licebit, nec necesse est, ad Judicium matrimoniale desuper referre; assumtum tamen Protocollum in actis parochialibus asservetur. — Si circa hanc transactionem de pecuniara compensatione alteri parti praestanda agatur, pro casu, si Sponsus ad praestandam isthanc compensationem se obstringens minorennis sit, patris vel tutoris interventu opus est, quo autem non indiget pars compensationem acceptans licet minorennis, sicut et minorennes absque patris vel tutoris consensu Sponsalia uti inire, ita et solvere possunt. Facta inter partes conventio de quota pecuniara vel pretio aequivalenti praescripto tymbro subjacet.

Quodsi autem Curato non successerit, pactionem inter Sponsos efficere, tunc vel querelam partis agentis ad protocollum sumet, illudque Judicio matrimoniali pro ulteriori decisione transmittet, vel querulantem inviabit, ut actionem apud Judicium matrimoniale inferat. Utroque autem in casu Curatus insimul de frustra tentata inter Sponsos transactione Judicio referet, et si agitur de postulatione inhibendi matrimonium cum persona tertia, a benedicendo tali matrimonio abstinebit, resolutionem Judicii expectans.

B. CIRCA SEPARATIONEM A THORO ET MENSA.

§. 3.

Conjux separationem obtinere desiderans, ante omnia Parochum suum adeat. (§. 211. Instr.) Parochus vero investigare tenetur, an separationis causa adducta, lege ecclesiastica qua sufficiens agnita sit. Separationis causae a thoro et mensa, lege ecclesiastica approbatae, sunt sequentes:

a) Consilium religionem a Sancta Sede approbatam ingrediendi, vel e parte viri, ordines sacros suscipiendi, si id mutuo consensu conjugum fit. (§. 206. Instr.)
b) Adulterium (§. 207. Instr.)
c) Defectio a fide christiana;
d) sollicitatio ad defectionem a fide catholica, vel ad vitia et crimina;
e) injuriae reales, vel insidiae vitam conjugis et sanitatem in periculum adducentes;
f) acerbiores animi afflictiones per longius tempus intentatae;
g) diuturna et contagiosa mala corporalia (§. 208. Instr.)
h) Malitiosa desertio (§. 209. Instr.)

i) Transgressiones officiorum, quae juribus bona temporalia attinentibus, vel honori civili alterius conjugis grave adferunt detrimentum, aut urgens parant periculum. (§. 210. Instr.) —

§. 4.

Quodsi conjux nullum ex his motivis pro separatione a mensa et thoro adferat, aut media non habeat motivum suum probandi, aut ipse non sit innocens, vel suo jure exciderit, (§. 207. Instr.) statim a Parocho super his edoceri, et ut ab intentata actione desistat, moneri debet.

§. 5.

In contrario casu, si motiva a Conjuge querulante adducta sufficienta adpareant, Curatus utramque partem vocabit, et tentamen reconciliationis ad mentem §. 211. Instr. instituet. Quodsi conamina Parochi quoad reconciliationem desideratum effectum non habuerint, parti separationem petenti indicabit, ut causam suam literis consignet, in libello supplici accurate motiva adducat, et probationis media enumeret, addendo insimul, quando matrimonio fuerit juncta, an et quod proles ex ea natae sint, et quam aetatem habeant? (§. 215. Instr.) — Curati dein erit, substratum sibi petitum, quod tamen ad Judicium directum esse debet, examinare, et si omnia recte consignata adinvenerit, actionem cum sua relatione Judicio transmittere. In relatione sua Curatus adducere tenetur, quae ab illo hoc in negotio facta sint, quibus diebus reconciliationis tentamen instituerit, et casu, quo litigantes conjuges tantum bis ad se citaverit, qua de causa tertium tentamen omiserit; addat denique, an et in quantum gravamina allata ipsi fundata videantur (§. 213. Instr.) — Quando vero pars separationem petens actionem suam scripto porrigere ob quamcunque causam non possit, invianda est ad Commissarium episcopalem, ut ab eo protocollariter percipiatur, Parochus autem hunc in finem ipsi testimonium super peracto reconciliationis tentamine tradet, insimul vero ad Praesidem tribunalis matrimonialis desuper referet.

§. 6.

Testimonium de factis admonitionibus, sicut et omnes pertractationes officiosae in causis matrimonialibus a tymbro sunt immunes.

XX.

Informatio pro Commissariis episcopalibus quoad causas matrimoniales constitutis.

A. OBSERVATIONES GENERALES.

§. 1.

Judicium matrimoniale habet facultatem ab Illustrissimo ac Reverendissimo DD. Episcopo concessam, præter nominatos jam Commissarios pro singulis quibuscunque casibus alios quoque idoneos Commissarios designandi, et omnes Commissarii vi decreti Illustrissimi ac Rmi Præsidii Epplis de 20. Octbr. 1858 N. 134. jure pollent pro quolibet casu eligendi sibi Secretarium, quem e Clero scientia, dexteritate et pietate ad hoc munus idoneum judicaverint, habita tamen insimul ratione vicinitatis, ita, ut si proprius Vicarius ad hocce munus habilis reputetur, illum ad Secretarii munus vocare possint.

Formula, qua Commissionis Secretarius invitatur:

L.

Przewielebnemu J. X. N. N.

w N.

W sprawie o rozłączenie co do stołu i łoża między Antonim Flisem i jego małżonką Anną ur. Janicką, zamieszkałemi w N. zarządził Najprzew. biskupi Sąd małżeński uchwałą z d. 21. maja 1862, L. 98. dochodzenie sądowe { wstępne / dowodowe, na dniu 10. czerwca 1862 o godzinie 9. przed południem w. N. odbyć się mające.

Odnośnie do téj uchwały i na mocy upoważnienia Jaśnie Wielmoż. i Najprzewielebniejszego JMX. Biskupa z d. 20. paźdz. 1858 L. 134 do §. 214 ust. małż. zaprasza podpisany delegowany komisarz JX. N. N. za Sekretarza do spisania protokołu.

N. dnia 30 maja 1862.

Komisarz delegowany:
N. N.

§. 2.

Commissarius episcopalis conformiter Instructioni pro Judiciis eccles. quoad causas matrim. deputatur tam ad excipiendas actiones quoad separationem a thoro et mensa, quam ad praeviam indagationem, et pro circumstantiis ad ipsum quoque processum probatorium instituendum. Et quidem actionem in causa separationis a thoro et mensa in vim commissi sibi muneris Commissarii eppalis excipiet, non indigens ad hoc aliqua e parte Judicii matrimonialis provocatione; jam vero ad instituendam indagationem praeviam vel etiam processum probatorium nonnisi e speciali delegatione Judicii procedet. — Similiter etiam in processu titulo Sponsaliorum moto. Quodsi aliquando aliquae perceptiones etiam in vinculari processu Commissario a tribunali matrimoniali delegentur, ad illas quoque suscipiendas authorisatus erit. —

§. 3.

Commissarius in omnibus negotiis separationem attinentibus utitur opera Secretarii a se electi, qui aeque ac Commissarius juramentum deponere tenetur. Secretarius juramentum praestabit in manus Commissarii, Commissarius vero in manus alius Sacerdotis, ad hoc a Nobis specialiter deputandi.

Formula juramenti pro Commissario judiciali:

Ego N. N. juro DEO Omnipotenti, me munus Commissarii judicialis in causis matrimonialibus auctoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Ordinarii mihi commissum, quantum in me est, fideliter et accurate, omni humano respectu semoto, exequuturum esse. Sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Coram me:
N. N.
Delegatus episcopalis.

Sic juravi
N. die . . . . . .
N. N.

Formula juramenti pro Secretario judiciali:

Ego N. N. juro Deo Omnipotenti, me commissum mihi munus Secretarii judicialis, quantum in me est, fideliter et accurate, semoto omni humano respectu, exequuturum esse. Sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Coram me: Sic juravi
N. N. N. die . . . .
Commissarius episcopalis. N. N.

§. 4.

Tam Commissarius quam Secretarius obligantur ad officiosum secretum super iis, quae ipsis ex officiosis pertractationibus innotescent, donec concernentia acta judicialiter publicata fuerint. (§. 176, 231. Instr.)

§. 5.

Commissarius et Secretarius in omnibus officiosis functionibus cum partibus in veste Clericali comparere, et in omnibus ita se gerere tenentur, ut appareat eos ecclesiastico munere fungi. Dum autem Commissarius juramentum sive a Secratario, sive a testibus vel artis peritis excipit, praeter vestem Clericalem etiam superpelliceo vel rochetto indutus sit oportet, quo majorem reverentiam erga sanctitatem actus religiosi commonstret et partibus insinuet.

B. OBSERVATIONES CIRCA ADMISSIONEM ACTIONIS EX PARTE COMMISSARII EPISCOPALIS.

§. 6.

Actor petitionem suam apud Commissarium, intra cujus districtum decanalem domicilium habet, aut scripto porrigit, aut in acta redigenda oretenus exponit. (§. 215. Instr.) Generaliter quidem instandum est, ut actio scripto porrigatur; attamen, si pars querulans in talibus circumstantiis versatur, ut nonnisi magna cum difficultate idoneam actionem scripto perficere possit, vel si urgentes adsunt circumstantiae, uti periculum vitae vel sanitatis, tunc Commissarius petitionem oralem absque scrupulo admittere potest, quam ope Secretarii ad protocollum excipiet.

§. 7.

In admissione actionis Commissarius ad sequentia tria puncta attendet:

a) an admonitiones Parochi praecesserint? (§. 211. Instr.)

b) an sit competens ad acceptationem actionis, et

c) an pars agens habeat jus actionem porrigendi?

§. 8.

Commissarius actionem sive litteris exporrectam sive oretenus expositam, acceptare non debet, donec conjuges se conformitter §. 211. Instr. testimonio Parochi sui de facto cum illis reconciliationis tentamine legitimaverint.

§. 9.

Competentia Commissarii dijudicatur tam ex professione religionis, quam ex domiciliis conjugum litigantium.

Quod attinet professionem religionis, admittere potest Commissarius actionem:

1. ab omnibus conjugibus catholicis:
2. a conjugibus in mixto matrimonio viventibus, et quidem sine respectu ad religionis professionem partis queulantis, dummodo tempore initi matrimonii saltem una pars catholicam religionem profitebatur;
3. jam vero in illo casu, quum matrimonium inter duos acatholicos originetenus initum fuerat, Commissarius ad acceptationem actionis tunc tantum est competens, si illa pars, quae postea ad religionem catholicam conversa est, accusationem moveat. (§. 59 & 66. legis civ. matr.)

Respectu domicilii conjugum litigantium determinatur competentia Commissarii de regula respiciendo ad domicilium mariti, cum uxor domicilium sequi teneatur mariti. (§. 41. Instr.) Exceptio ab hac regula tantum in casu malitiosae desertionis ex parte mariti locum obtinet. Casu hoc uxor apud Commissarium intra cujus districtum decanalem domicilium ejus situm est, actionem instituere potest. (§. 96. Instr.)

§. 10.

Commissarius episcopalis, cujus ea est ad partes litigantes relatio, ut partium studii suspectus haberi possit, id statim Judicio dioecesano indicare et ulteriora expectare tenetur.

§. 11.

Quodsi Commissarius est competens, et relate ad partes non est interressatus, tum examinabit, an pars separationem petens ad movendam actionem jus habeat, i. e. an habeat sufficientes a lege ecclesiastica statutas rationes separationem a thoro et mensa petendi, et an eas sufficienter probare possit; porro an jus suum, quod forsan aliquando habuit, non amiscrit? (206—210. Instr).

Separatio perpetua a thoro et mensa tantum in casu adulterii, sub conditionibus §. 207. Instr. determinatis, locum habere potest, quae conditiones stricte sunt examinandae. Temporalis separationis rationes §§. 208—210. incl. Instr. enumerantur.

Commissarius insuper etiam actionem propter casum §. 73. legis civilis matr. contentum (impraegnationis Sponsae a tertio) illatam absolute non rejiciet, sed eandem Judicio dioecesano pro dijudicatione substernet.

§. 12.

Casu quo separationis ratio sufficiens quidem adesset, attamen pars agens (conf. e. g §. 207. Instr.) suo jure excidisset, desuper informanda est.

§. 13.

Actori incumbit probationis onus, ejus scilicet est, pro adductis rationibus separationis, media probatoria proferre, hinc a Commissario est monendus, ut ea, diserte et accurate adducat.

Praecipua probationis media, quae in separatione locum habere possunt, in Inst. §§. 223—233. adducuntur

Quondo separationis sufficiens ratio a parte agente vel non adducitur, vel adducta exacte probari non potest, Commissarius acceptionem actionis non quidem absolute denegabit, ast parti agenti aperiet petitionem illius non esse fundatam, ac probabiliter a Judicio propterea rejectam iri.

§. 14.

Ad Commissarium spectat, non tantum causas separationis eruere, et media probationis

examinare, sed etiam partes admonere, ut in actione porrigenda conformiter §. 215. Instr. tempus quamdiu matrimonium duraverit, determinent, et quodsi liberi ex eo procreati sint, numerum et aetatem eorum adducant.

§. 15.

Libellus actionis etiamsi Commissario tradatur, tamen semper ad Judicium dioecesanum stylisatus esse debet.

§. 16.

Rite adornatus libellus actionalis sequentia continere debet:

a) **nomen actoris seu partis convenientis,** una cum circumstantiis personam ejus attinentibus;
b) **nomen conventi seu rei,** etiam cum iis circumstantiis, quae ad iliius personam propius determinandam faciunt;
c) **nomen judicii,** coram quo per Actorem contra reum causa instituitur,
d) **Objectum petitionis,** i. e. ea, quae actor a Judicio postutat;
e) **Causam petitionis** seu fundamentum juris, quo petitio haec nititur.
f) **Media probationis.**
g) **Tempus contracti matrimonii.**
h) **Liberi ex eo procreati,** eorum numerus et ætas.

C. INFORMATIO QUOAD PRÆVIAM INDAGATIONEM PRO COMMISSARIIS EPISCOPALIBUS.

a) Citatio partium.

§ 17.

Instructio pro Judiciis ecclesiasticis distinguit in processu tam quoad nullitatem matrimonii, quam quoad separationem a thoro et mensa duo principaliora elementa: praeviam indagationem (Voruntersuchung) et probationem (Beweisverfahren). Hic loci sermo tantum erit de **praevia indagatione et processu probatorio quoad separationem a mensa et thoro**.

§. 18.

Prævia indagatio in separationem a thoro et mensa eum in finem instituitur, ut species facti et media probatoria eruantur, utque vel probatorius processus superfluus reddatur, vel vero omnia ad eum instituendum praeparentur.

Probatorius processus redditur superfluus.

a) si Commissario contingat reconciliare conjuges, quod in regula est exoptatissimum;
b) si reum conventum ad liberam confessionem quoad facta principalia perducat; (232. Instr.) vel
c) si illum ope documentorum, quorum genuinitas ab ipso est agnita, plene convincere possit. (218. & 221. Instr.)

§. 19.

Commissarii episcopalis officium et jus præviam indagationem instituendi tunc primum incipi-

postquam ipsi Judicium episcopale eandem praecommiserit. Quum ergo Commissarius circa hanc indagationem non proprio nomine, sed nomine Judicii agat, speciale Judicii mandatum semper citare tenetur. —

§. 20.

Cum officium indagatorium Commissarii delegatione superstruatur, per se intelligitur, quod illud alicui tertio subdelegare non possit; attamen liberum ipsi relinquitur, in casu §. 224. Instr. Judicio propositionem facere, ut ad quasdam speciales perceptiones alius Sacerdos subdelegetur.

§. 21.

Omnia acta et allegata ad præviam indagationem pertinentia sollicite sunt asservanda et Judicio anteponenda. Commissario non competit jus, illa ad quemcunque usum, sine scitu et permissione Judicii tertiae alicui personæ vel Officio extradendi.

§. 22.

Prævia indagatio incipit ab eo, quod Commissarius cum praefixione termini conjuges litigantes et testes, quos partes nominant, nec non alias personas, quarum depositionibus quæstionem facti dilucidatam iri sperat, (§. 220. Instr.) ad se citet.

Citationes scriptotenus fiant, et facta citatio in actis adparere debet. Judicio quidem Commissarii relinquitur, qua via citatio partibus admanuanda sit, in regula tamen consultissimum erit, interventum respectivi Officii parochialis ad hoc requirere. Requisitioni eum in finem ad Officium parochiale directæ, una cum citationis litteris adjungantur literæ reversales, a partibus in testimonium rite admanuatæ ipsis citationis subscribendæ et per Officium parochiale ad Commissarium retromittendæ.

Quælibet citatio sequentia continere debet:

a) generalem designationem objecti pertractationis; b) provocationem ad mandatum Judicii matrimonialis; c) nomen et cognomen citati; d) diem et horam comparitionis; denique e) locum in quo citatus comparere tenetur.

§. 23.

Si citatus prima vice, quin se justificet, in termino non comparuerit, iterum citari debet, et in repetita citatione addendum est, eum, si adhuc non comparuerit, interventu magistratus civilis ad obedientiam stringendum fore.

In eo casu, quando citatus post repetitam citationem, nulla excusatione interposita, adhuc non comparuerit, conformiter §. 145. Instr. a judicio sæculari petendum est, ut citatum ad comparandum adigat, quo consilio Commissarius officiosam requisitionem ad respectivum C. R. districtuale Officium (Bezirksamt), cui persona citata subest, mittet.

1. Formulare primæ citationis.

Od Kommisaryatu Biskupiego dla spraw małżeńskich w N.

Do Pana (Pani) N. N. (charakter) w N. parafii N.

Wzywa się { Pana / Pani } niniejszem, abyś w skutek { swego podania / podania męża N. N. } z dnia 19. z. m. względem

rozłączenia od łoża i stołu, do przeprowadzenia śledztwa wstępnego uchwałą Najprzewielebniejszego Sądu Biskupiego Tarnowskiego z dnia 21. t. m. do l. 98 Kommisaryatowi nakazanego, osobiście na plebanii w N. dnia 1. Czerwca b. r. o 9. godzinie przed południem przy okazaniu tego pozwu stanął (stanęła).

N. dnia 27. Maja 1862.

N. N.
Komisarz dla spraw małżeńskich.

Formulare literarum reversalium.

Poświadczenie.

Podpisany poświadcza, że mu pozew Komisaryatu dla spraw małż. z d. 27. Maja 1862 L. 140 dek. z zawezwaniem na 1. Czerwca b. r. o 9. godź. przed południem przez Przewiel. Urząd parafialny w N. istotnie doręczony został.

W N. dnia . . . . . .

(Tu ma się podpisać pozwany)

Dla NN. w N.

NB. Si citatus citationem recipere nollet vel vero literas reversales subscribere recusaret, citatio ipsi est relinquenda, et reversales contestatione admanuantis provisae sunt remittendae.

Formulare provocationis ad Officium parochiale.

Nr.

Venerabili Officio Parochiali

in N.

Praesentibus Venerabile Officium parochiale rogatur, ut adjacentem ·/. citationem hujus Commissariatus matrimonialis de 27. Maji 1862 Nr. 140 dec. D. N. N. in N. tradere, atque subscriptam ab ipso recepti attestationem horsum promovere velit.

A Commissariatu ad causas matrim.
N. die 27. Maji 1862.
N. N.

II. Formulare iteratae citationis.

(Napis jako wyżéj.)

Gdyś Pani na dniu 1. Czerwca r. b. jako terminie w sprawie o rozłączenie od stołu i łoża, do przedsięwzięcia wstępnego śledztwa przeznaczonym nie stawiła się, ani się z niestawienia usprawiedliwiła, więc się Pani powtórnie wzywa, abyś na dniu 4. Czerwca r. b. w skutek uchwały i t. d. (jak wyżéj), tem

pewniéj się stawiła, ile że w przeciwnym razie według §. 145. Instr. dla Sądów duchownych w państwie austryackim przepisanéj, pomoc Sądu świeckiego musiałaby być zawezwaną.

N. dnia 2. Czerwca 1862.

(podpis jak wyżéj).

Formulare requisitionis ad judicium sæculare, si citatus post repetitam citationem adhuc non comparuerit.

An das Löbliche k. k. Bezirksamt! in N.

Das durch den ehegerichtlichen Auftrag ddto. Tarnow 21. v. M. Z. 98. mit Führung der Voruntersuchung in der von N. N. gegen N. N. erhobenen Ehescheidungsklage betraute bischöfliche Commissariat stellt in Gemäßheit des §. 145. der Anweisung für geistliche Gerichte im Kaiserthume Oesterreich das dienstthöfliche Ansuchen, es wolle die Beklagte N. N. zu N. welche laut Zustellungsscheine vom 28. Mai und 3. Juni bereits zweimal vorgeladen worden, und ohne rechtfertigende Entschuldigung nicht erschienen ist, verhalten werden, um so gewisser am 10. Juni l. J. um 9 Uhr Vormittags bei dem gefertigten Commissariate in Sachen der vorbezeichneten Ehescheidungsklage persönlich zu erscheinen. Unter Einem wird ersucht, daß es gefällig sein wolle, über die getroffene Verfügung anher Mittheilung zu machen.

Bischöfliches Untersuchungs-Commissariat.

N. am 4. Juni 1862.

N N.
bischöflicher Commissär.

§. 24.

Casu, quo petitio ad Instantiam civilem intuitu comparitionis conjugis accusati facta, ex qualicumque causa effectum haud sortita fuerit, procedura juxta §. 145. Instr. etiam, absque præsentia citati inchoanda est.

§. 25.

In eo vero casu, si reus conventus fixam habitationem non habeat, et omnino resciri non poterit, ubi moretur, Judicio matrimoniali relatio exhibenda est, a quo absens impensis partis agentis per ephemerides publicas conformitter §. 235. Instr. citabitur.

b) Perceptio Conjugum in Praevia Indagatione.

§. 26.

Citati conjuges tenentur ad indagationem parsonaliter se sistere, et non conceditur illis, scriptotenus tantum declarationem suam Commissario substernere, aut per plenipotentem vel Advocatum rem suam agere. Conceditur illis tamen Advocatos secum adducere. De cætero quoad Advocatos et declarationes vel assertiones ab eisdem prolatas ad normam §. 143. Instr. procedendum est. Minorennis quoque conjux personaliter se sistere tenetur; nam jura conjugalia sunt jura personalia, quae et minorennis in persona defendere tenetur.

§. 27.

Inprimis pars agens protocollariter percipiatur, circa quam perceptionem ea praesertim, quae in libello actionali sive quoad facta principaliora eorumque circumstantias, sive quoad probationis media manca deprehensa fuerint, suppleantur. Peracta perceptione actoris, ipse recedat, et reus conventus audiatur, cui actionis puncta, anteponenda sunt cum provocatione, ut se declaret, quae ex objectis sibi admittat, quae vero non admittat, et quae e sua parte excipienda habeat, et quomodo assertiones et exceptiones suas probare possit.

§. 28.

Jam circa hanc separatam conjugum perceptionem Commissarius nihil praetermittet, quod animos eorom ad reconciliationem pronos reddere possit, et quodsi ex his perceptionibus melius cognita dissensionum causa, mutuis gravaminibus et animorum dispositione, intellexerit, reconciliationis spem non desse, ambos conjuges simul vocabit, eosque, respective partem agentem, ad reconciliationem inclinare adlaborabit. Caveat tamen, ne modo imperativo procedat; nihil quoque e parte conjugum admittat, quod animos eorum exacerbare et magis ab invicem abalienare posset. Reconciliationis tentamen, qualemcunque eventum habuerit, in protocollo adnotandum est. Casu si reconciliatio tantum sub certis conditionibus ad effectum perducta fuerit, hae conditiones in protocollo accurate exponendae sunt. — Reconciliatione obtenta, res finita est, et acta Judicio transmittenda sunt.

§. 29.

Si autem Commissarius reconciliationis tentamen hoc in stadio omnino frustraneum fore praeviderit, et ideo praetermittendum duxerit, vel si circa tentatam reconciliationem pars agens ad recessum ab actione permoveri non potuerit, confessio rei conventi quoque non fuerit obtenta, (§. 232. Instr.) conjugum perceptio, si id necessarium videbitur, continuanda erit. — Vocabitur igitur rursus pars agens, eique exceptiones e parte conventi adversus actoris assertiones factae anteponentur, et queretur ab ea, quid contra illas observandum habeat, et quae media ipsi ad eas refellendas suppetant. Eodem modo, si opus fuerit et reus conventus rursum percipiatur.

Cuilibet parti seorsim perceptae assertiones et exceptiones alterius, una post alteram ordine quem successus temporis et nexus indicat, proponendae sunt, et instandum, ut praecise respondeat (§. 218. Instr.) Omnes depositiones, in quantum id fieri potest, propriis deponentium verbis ad protocollum inferantur, et non licet in contextu quaedam mutare vel addere; correctio errorum fiat in margine protocolli et subscribatur a parte et Secretario; si vero e perlectione protocolli parti facta mutationes quaedam vel additiones necassariae apparuerint, hae in fine protocolli annotentur. Si una pars ad instrumenta privata provocet e. g. epistalas &t..., altera interroganda venit, an eadem genuina agnoscat? (§. 218. Instr.)

§. 30.

In hac jam perceptione Commissarius eo praesertim conatum diriget, ut libera confessio rei conventi quoad facta decisiva obtineri queat, vel vero idem conventus ope fide dignorum documentorum de culpa sua convincatur. Quodsi unum vel alterum obtineat, ita, ut separationis argumentum qua probatum considerari possit, indagatio claudenda est, et acta indagationis Judicio sunt transmittenda.

§. 31.

Si vero accusatus nec ad confessionem perduci, neque ope documentorum convinci possit, et partes in suis depositionibus quoad facta principalia eorumque circumstantias decisivas sibi contradicant: tunc cofrontatio cojugum instituenda erit, circa quam utrique parti mutuae assertiones, confessiones, negationes, contradictiones &tr, anteponendae sunt, ipsisque significandum, quae hucusque probata habeantur, quae vero probatione adhuc indigeant, in quantum omnia haec pro intenta separatione faciant, quales sequelas talis separatio haberet, et similia. Hisce expositis Commissarius iterum per congruas exhortationes et admonitiones reconciliationem partium efficere conabitur. Si hoc conamen ipsi successerit, protocollum desuper conficiet et acta Judicio transmittet. Si vero frustraneum manserit, finales partium declarationes ad protocollum sumet, et jam ulterius ad testium indagationes procedet. Magna autem in hac conjugum confrontatione abhibenda est prudentia, et mutua convitia et contumeliae omnino sunt arcendae.

c) Perceptio Testium in Prævia Indagatione.

§. 32.

Si confrontatio conjugum exoptatum effectum non habuit, et reus conventus objecta ipsi facta confiteri noluit, indagatio est continuanda, et testes, quos partes nominaverint, in quantum adhiberi possint, examinandi, ac, si necessarium videatur, secum invicem nec non cum conjugibus confrontandi sunt. (§. 218. Instr.) — Haec quoque perceptio testium eum in finem est instituenda, ut partibus impudens negatio factorum dificilis reddatur, ipsi per oppositas testium contestationes et confrontationem cum iis ad confitendam veritatem adigantur, et tali modo strictus et formalis, nunquam non cum sumptibus, ambagibus et incommoditatibus conjunctus probatorius processus, superfluus reddatur. Experientia etenim docet, paucos tantum dari homines tam perfrictae frontis et ita obstinatos, ut rem manifestam et tunc inficiari audeant, si eam testes fide digni coram judice contestantur, et ipsis ante oculos ponunt.

§. 33.

Quinam testes pruis percipiendi sint, a Commissario dependet; de regula illi prius citentur, de quibus supponitur, quod factum, de quo agitur, optime scire possint. Citatio testium fiat sequeti modo:

L.

Panu N. N.

w N.

W sprawie Antoniego Flisa, wniesionéj przeciw żonie Annie ur. Janickiej w N. o rozłączenie co do stołu i łoża podano Pana za świadka. Celem przesłuchania Pana w kancelaryi parafialnéj w N. przeznaczono termin na 10. Czerwca 1862. o godzinie 10. przed południem.

Wzywa się przeto Pana niniejszém, abyś na dniu wspomnionym osobiście na plebanii przy okazaniu tego pozwu stanał.

N. dnia 4. Czerwca 1862.

N. N.

Komisarz biskupi dla spr. małż.

§. 34.

Testes absque juramanto, cum stricta tantum praemonitione, ut secundum suam scientiam et conscientiam veritatem edicant, et singulatim sine praesentia partium sunt percipiendi. Monendi insuper sunt testes, ut sint parati pro circumstantiis effata sua etiam juramento confirmare.

§. 35.

Quaestiones citatis testibus proponendae Commissarii judicio relinquuntur, atque ex protocollo cum partibus assumpto facile formari possunt.

§. 36.

Testium effata conjugi, contra quem testimonium depositum est, communicanda sunt, ipseque interrogandus est, an in contradictione persistat. Si in negatione perseveret, cum teste confrontari debet. attamen ante confrontationem testis interrogandus, an depositiones suas praesente ea parte, contra quam facta sunt, et in facie ejus repetere paratus sit. Nonnunquam neccessarium erit, ad dilucidationem veritatis etiam testes inter se confrontare (§. 218. Instr.) Tunc scilicet, quando contradictiones rem seu factum essentiale attingunt, et in hoc casu omni cum circumspectione procedendum, ut scilicet omnia removeantur quae dignitati pertraotationis derogare possint. Confrontationis resultatum protocollariter contestari debet. —

Formulare protocolli indagationis praeviae:

Protokół

dochodzenia sądowego wstępnego uchwałą Najwielebniejszego Sądu małżeńskiego Tarnowskiego z d. 21. maja 1862 do l. 98 nakazanego, w sprawie o rozłączenie co do stołu i łoża między małżonkami Antonim Flisem i Anną ur. Janicką w N. zamieszkałemi, spisany dnia 10. czerwca b. r. o godz. 9. przedpołudniem, na plebanii w N.

Obecni

N. N. Komisarz biskupi.	Antoni Flis.
N. N. Sekretarz komisyi.	Anna Flis ur. Janicka.

Przedewszystkiem usiłowano pogodzić poróżnionych małżonków i powodowi (skarzycielowi) Antoniemu Flisowi proponowano, aby swą żałobę cofnął, do czego atoli powód skłonić się nie dał.

Po oddaleniu się obżałowanej Anny Flisowéj przystąpiono do przesłuchania Antoniego Flisa.

§. 1.

Przedewszystkiem powód zapytany został o swoje imię i nazwisko, religią, wiek, stan, zamieszkanie, o czasie zawartego małżeństwa, sposobie utrzymania; daléj względem liczby, płci i wieku dzieci; końcem czy nie zostawał pod śledztwem kryminalném i czy nie był kryminalnie skazanym?.

Nazywam się Antoni Flis, jestem religii rzymsko-kat., liczę lat 35, jestem stolarzem, przytem mam 2

morgi gruntu, a za żoną wziąłem 5 morgi, mieszkam w N. pod Nr. 42, parafii N. — Ze żoną Anną ur. Janicką pobraliśmy się 13. sierpnia 1850 i mieliśmy czworo dzieci, dwóch synów i dwie córki, z których tylko dwoje Henryk 3 lat, a Tekla 1 $^{1}/_{2}$ r. liczące żyją.

§. 2.

Po danem upomnieniu, aby skarżący się rzetelnie zażalenie swe wyjawił, następującą żałobę wnosi:

(Tutaj zapisują się wszystkie zażalenia powoda jedno za drugiem a) b) c) d) i t. d. tak jak je skarżyciel do protokołu podaje, atoli odróżniając dokładnie jedno od drugiego i nie mieszając je ze sobą. Gdyby powód jedno z drugiem mieszał, ma być uważnym uczyniony, że o tém teraz niema mowy.)

(Jeżeli w protokole zachodzi jaka sprzeczność z podaniem, czyni się następujące zapytanie:)

§. 3.

Pod b.) oskarża Antoni Flis swoją żonę o pijaństwo i przytacza tutaj takie a takie okoliczności, otóż co do tych okoliczności, zachodzi sprzeczność między protokołem a podaniem, bo w podaniu inne są przytoczone okoliczności. (Komisarz czyta ten ustęp z podania.) Wzywa się przeto Antoniego Flisa, aby się co do téj sprzeczności wytłumaczył.

(Tłumaczenie się skarżyciela.)

§. 4.

Daléj zapytano skarżyciela, czyli jest w stanie te wyłuszczone zażalenia dostatecznemi świadectwy udowodnić? Odpowiada:

Jestem w pogotowiu i w stanie moją żałobę także sądownie udowodnić. I tak

ad a) Powołuję się na świadków N. i N., którzy okoliczności wzmiankowane potwierdzą.

ad b) Te okoliczności stwierdzą N. N. i N. N., którzy to com tu wyraził słyszeli i widzieli.

ad c) Cytuję świadków N. i N.

ad d) Odwołuję się na nauczyciela N. N. i na N. N.

Prócz tych świadków ofiaruję na wszystkie okoliczności tyczące się méj osoby przysięgę.—

Kończąc proszę obżałowanej, ile się tego potrzeba okaże, główną przysięgę nakazać.

§. 5.

Ostatecznie odczytano ten protokół i zapytano skarżyciela, czyli skarga dokładnie została skreśloną, i czyli nie ma co dodać lub odmienić? Odpowiada.

Żałoba moja dokładnie jest spisana, nie mam nic w niéj odmienić, dodaję tylko tę prośbę, aby sądowe rozpoznanie jak najspieszniéj przedsięwzięte być mogło.

Nieumiejącego pisać podpisałem, a skarżyciel znak krzyża św. położył.

Antoni Flis +
Podpisałem
Józef Bucy,
wójt.

Po przesłuchaniu i oddaleniu się Antoniego Flisa, zawezwano obżałowaną żonę Annę ur. Janicką i zapytano jak następuje:

§. 6.

Obżałowana zapytaną została o swoje i swego męża imię i nazwisko i t. d. jak §. 1.

Odpowiedź.

§. 7.

Po danem upomnieniu, aby obżałowana rzetelne zeznania czyniła, przeczytano jéj podanie wniesione do sądu, a następnie zażalenia męża do protokołu podane jak w §. 2. a) b) c) d) i t. d. po sobie następują, i zapytano się jéj, co względem tych zażaleń męża ma do nadmienienia, co ze zarzutów sobie uczynionych przyznaje, a co zaprzecza, co na swoją obronę może podać? mianowicie co do a.)

Odpowiedź.

co do b.)

Odpowiedź.

i t. d.

§. 8.

Daléj zapytano się obżałowanéj, czyli jest w stanie dostatecznemi świadectwy udowodnić, to co na obronę swoją podoła, i te zarzuty, które mężowi uczyniła?

Odpowiedź.

a)

b)

c)

d) i t. d.

§. 9.

Zapytano się obżałowanej, co względem świadków przez męża Antoniego Flisa powołanych ma do nadmienienia?

Co do świadka N. który ma stwierdzić zarzut czyniony mi pod b), to tego świadka wyłączam, albowiem on mi jest od wielu lat nieprzyjaźny, bez wszelkich wystarczających powodów i li tylko z niecheci ku mnie; on ciągle odradzał mężowi, aby mnie za żonę nie pojmował, jak to sam mąż przyznać musi i powołany już przezemnie świadek N. stwierdzić może, i najwięcéj na męża nalegał, aby do Najwieleb. Sądu wniósł podanie o seperacyą, jak to świadkowie N. i N. potwierdzą.

Także wyłączam świadków N. i N. którzy mają stwierdzić zarzut czyniony mi pod c) albowiem jako graniczni ze mną sąsiedzi wiedli ze mną spór w cywilnym Sądzie o granicę gruntową i przegrali proces, odkąd wielką ku mnie mają zawiść i ciągle mnie obmawiają jak to stwierdzą gospodarze N. N. i N. N.

§. 10.

Ostatecznie odczytano te zeznania i zapytano obżałowanéj, czyli wszystko dokładnie zostało spisane i czyli nie ma co dodać lub odmienić.

Zeznania moje dokładnie spisane, i nie mam nic w nich odmienić.

Anna Flis ur. Janicka.

Zawezwano Antoniego Flisa i przeczytano mu protokół z jego żoną spisany, a ponieważ w zeznaniach małżonków zachodzi sprzeczność, to też przystąpiono do konfrontacyi.

§. 11.

Co do zarzutu Antoniego Flisa żonie pod a) uczynionego, ona całkiem inaczéj tę rzecz przedstawia, mianowicie mówi i t. d. cóż Antoni Flis ma na to do nadmienienia?

Odpowiedź.

§. 12.

Cóż Anna Flis na to odpowie?

Odpowiedź.

§. 13.

(Jeżeli potrzeba zachodzi, stawia się jeszcze pytanie Antoniemu.)

A cóż Antoni Flis na to tłumaczenie się żony odpowie?

Odpowiedź.

(Tak co do innych sprzeczności co do b) c) i t. d.)

§. 14.

Żona Antoniego Flisa czyni mu następujące zarzuty: a) b) cóż Antoni Flis względem tych zarzutów ma do nadmienienia?

Odpowiedź.

§. 15.

Żona powołuje się w swéj obronie na następujących świadków.... cóż Antoni Flis tym świadkom ma do zarzucenia?

Odpowiedź.

§. 16.

Po przeczytaniu zapytano spornych małżonków, czyli wszystko dokładnie spisane, i czyli nie mają co dodać lub odmienić.

Na to odpowiada mąż.

Odpowiedź.

(Podpis)

Żona odpowiada:

Odpowiedź.

(Podpis)

Przed odejściem małżonków użyto sposobności, aby ich pogodzić i starano się pobudkami religijnemi nakłonić ich do spólnego pożycia, lecz wszelkie usiłowania komisyi nie osiągnęły pożądanego skutku.

Po przesłuchaniu i oddaleniu się małżonków przystąpiono do słuchania świadków przez Antoniego Flisa podanych, mianowicie zawezwano świadka N. N. który stwierdzić ma zażalenie §. 2. a)

§. 17.

Przedewszystkiem świadek N. N. zapytany został o swoje imię i nazwisko, religią, wiek, stan, zamieszkanie; czy sądownie nie był indagowany lub kryminalnie skazany; czy nie zostaje w stósunku pokrewieństwa lub powinowactwa, szczególnéj przyjaźni lub nieprzyjaźni do któréj ze stron spornych? Czy w sporze tym o seperacyą nie jest interesowany, czy nie był namówiony jak ma świadczyć? Czy nie został przekupionym.?

Odpowiedź.

§. 18.

(Tu się zapisuje zapytanie względem stanu rzeczy, w któréj świadectwo ma być złożone, atoli to pytanie tak ma być postawione, aby odpowiedź pewna nie była świadkowi w usta wkładana; n. p. jeżeli mąż pod a) skarżył żonę o cudzołoztwo z Grzegorzem Kalmakiem, zapytanie to tak ma być uczynione:)

Po danem napomnieniu, aby świadek rzetelne zeznania czynił, pytano go jak następuje:

Czyli świadkowi są znani małżonkowie Antoni i Anna Flisowie? Czyli znany świadkowi Grzegorz Kalmak? Czy Grzeg. Kalmak bywa u Flisów? Czy on jest w przyjaźni z Antonim Flisem? Czy jest w przyjaźni z Anną? Czy on często bywa w domu Flisa? Jak często? O którym czasie? Czy podczas nieobecności męża? Czy Anna Grz. Kalmaka odwiedza? Jakie ich ze sobą postępowanie? i t. d. i t. d.

§. 19.

Skąd to świadkowi wiadomo, co tu świadek zeznał.?

Wiem to z własnego doświadczenia, jestem bowiem bliskim sąsiadem Flisów. Często do nich przychodzę, i to com tu zeznał, wtenczas a wtenczas spostrzegłem.

§. 20.

Czyli świadek jest gotów swoje zeznanie powtórzyć w oczy Annie Flisowéj i czyli gotów jest stwierdzić je przysięgą, gdyby tego Najwiel. Sąd małż. wymagał?

Odpowiedź

§. 21.

Po odczytaniu tych zeznań zapytano świadka, czyli wszystko dokładnie zostało spisane, i czyli nie ma co dodać lub odmienić?

Odpowiedź

N. N.
jako świadek.

(Tak się postępuje z innymi świadkami. Po przesłuchaniu świadków przez męża podanych, przystępuje się do przesłuchania świadków przez żonę podanych.)

Jeżeliby w zeznaniach świadków sprzeczność zachodziła, ma być uczyniona konfrontacya, jak następuje:

§. 22.

Świadek A. Czyli Pan znasz tego świadka, którego tu przed sobą widzisz?

Tak jest, jest to świadek B.

Świadek B. Pan znasz tego świadka, którego tu przed sobą widzisz?

Tak jest, jest to świadek A.

§. 23.

Świadek A. Paneś w sprawie . . . . . . zeznał, że . . . . proszę to zeznanie powtórzyć.

(Powtórzenie zeznania.)

Świadek B. Pan więc słyszysz z ust Pana A, jako . . . . co Pan masz w tym względzie nadmienić?

Zeznanie świadka B.

Swiadek A. Co Pan masz w tym względzie powiedzieć?

Gdy ja o prawości i rzetelności świadka B. powątpiewać nie mogę, więcem się musiał pomylić. To dzisiaj pierwszy raz słyszę . . . . a zatem błąd mój jest do wytłumaczenia A. m. p.

Świadek B. Czyli masz co dodać?

Niemam nic więcéj do dodania B. m. p.

Po spisaniu protokołu ze świadkami zawezwano spornych małżonków i przeczytano im zeznania świadków, oraz zapytano się ich, co względem tychże zeznań mają do nadmienienia?

(Najprzód czytają się zeznania świadków przez powoda powołanych, następnie zeznania świadków przez stronę obżałowaną podanych).

§. 24.

Cóż Anna Flis ma do nadmienienia względem tych zeznań świadków przeciw niej mówiących?

Odpowiedź.

(Jeżeli strona obżałowana zarzuty sobie uczynione a przez świadków stwierdzone uporczywie zaprzecza, to w tym celu, aby stronę obżałowaną łatwiej przywieść do przyznania się, można przystąpić do konfrontacyi ze świadkami, zwłaszcza jeżeli tego powód lub sama strona obżałowana żąda.)

§. 25.

Cóż Antoni Flis ma do nadmienienia względem zeznań świadków przez żonę podanych?

Odpowiedź.

(I tu może być konfrontacya ze świadkami).

§. 26.

Po przeczytaniu zapytano się stron, czy odpopowiedzi ich dokładnie zostały spisane, czyli nie mają co dodać, ująć, lub odmienić.

Na to odpowiada mąż:

Odpowiedź.

Żona odpowiada:

Odpowiedź.

Tak zakończono protokół o godz. 6. popołudniu.

N. dnia

N. N. Komisarz.

N. N. Sekretarz.

NB. Każde przerwanie protokołu czy to w południe, czy dnia jednego, notuje się w samymże protokole, i podpisuje przez pytanych i przez komisyą, dalszy ciąg zaś protokołu ma mieć napis: Dalszy ciąg dochodzenia sądowego wstępnego uchwałą Najwieleb Sądu małż. i t. d. jak na początku.

§. 37.

Resultatum praeviae indagationis, qualecunque illud sit, cum omnibus allegatis Commissarius una cum relatione sua quoad puncta probatoria Judicio substernere tenetur, quod ordinationes dabit de iis, quae forsan adhuc necessaria duxerit. (§. 142. Instr.)

D. PROCESSUS PROBATORIUS IN SEPARATIONE A THORO ET MENSA.

§. 38.

Quodsi Commissario post praeviam indagationem etiam processus probatorius ab Judicio dioecesano ordinatus fuerit, tunc sollicite ea omnia, quae leges canonicae circa hunc processum praescribunt, et quae in Instructione pro Judiciis ecclesiasticis data breviter indigitantur, observanda sunt. Quum tamen Commissarius nullum actum judicialem absque speciali delegatione Judicii matrimonialis suscipere valeat, Judicium hoc in singulis casibus necessariam ei informationem suppeditabit; quare hic loci sufficiet, schema processus probatorii dare, et principaliora nonnisi quaedam momenta, quae activitatem DD. Commissariorum propius attingunt, breviter indicare.

§. 39.

Decreto processu probatorio ante omnia provocatur actor, ut si hoc nondum præstitit, **articulos probatoreos** sive „directorium probationis" porrigat, i. e. ut exhibeat consignationem eorum, quae probare intendit, utque modum ea probandi indicet. Articuli hi debent esse rite compositi, clare et succincte conscripti, attamen rem demonstrandam exhaurientes, et in forma assertoria concepti.

Articuli actoris communicantur reo convento, et terminus (14.—30. dierum) statuitur, intra quem exceptionem suam facere tenetur; cui liberum est, hisce articulis sua ex parte interrogatorea addere, et articulos reprobatoreos opponere, qui articulis probatoreis respondere et in forma negativa compositi esse debent. Excipere vero potest vel contra facta eidem objecta, vel contra probationis modum, testiumque credibilitatem.

Exceptio conventi iterum actori pro replica communicatur, et aliquando replica actoris rursus traditur convento pro præstanda duplica. Cum duplica conventi perceptio partium de regula finitur. Replica actoris et duplica conventi articulis primitivis conformis esse debet. An post exceptionem conventi replica duplica, vel etiam triplica, quadruplica &t. necessariae sint, a natura causae et judicis judicio dependet. In regula vero, quoties una pars nova profert, toties supra his contrapartis exceptio percipienda est.

Quum autem haec cum partibus pertractatio juxta Instructionem pro Judiciis matr. jam in praevia indagatione per oralem partium perceptionem fieri soleat; ideo in processu probatorio saepissime saltem ex parte jam est superflua.

Quum hæ partium illationes contraparti communicandæ sint, unum vero exemplar in actis judicii retineri debeat, ideo provocandæ sunt partes, ut illationes suas in dupplo Judicio imporrigant.

§. 40.

Si partes sunt rudiores et pauperes, ut nec ipsæ illationes suas juste componere, neque advocatum conducere possint, judex ipse ex libello et depositionibus partium in prævia indagatione factis articulos conficiet, qui tamen parti concernenti communicandi sunt cum provocatione, ut sese declaret, an ipsos

ratos habeat, vel vero in iis aliquid addendum, demendum vel mutandum inveniat, porro, ut exceptiones contra personas testium, si quas habet, proferat. —

§. 41.

Quodsi partes rem suam oretenus proferant, tunc omnia eorum gravamina, actio et articuli probatorii, exceptio et articuli reprobatorii, replica actoris et duplica conventi protocollariter ipsis eorum verbis consignanda sunt.

§. 42.

Quando partes litigantes scriptotenus rem suam proferunt, et in termino præfixo declarationem suam non exhibent, nec dilationem petunt, præsumitur eas rem suam probare non posse, et tunc adducta argumenta qua non probata consideranda sunt.

§. 43.

Terminata pertractatione cum partibus, interloquente judice ad ipsam probationem proceditur.

Præcipua probationis media sunt:

a) testimonia fide digne;

b) effata artis peritorum, præmissa per eos oculari inspectione;

c) scripturae, seu instrumenta publica aut privata;

d) juramentum partium.

§. 44.

Usitatissimus probandi modus est per testes, ut autem testimonia probationem fundant, testes debent esse habiles, et debent testificari de eo, quod propriis sensibus perceperunt.

Inhabilitas ad testificandum nititur rationibus tam physicis, quam moralibus et intellectualibus, a lege agnitis.

Absolute a testificando arcentur:

a) Impuberes ante completum 14. annum;

b) Amentes, hebetes, plene inebriati;

c) Coeci et surdi, si agitur de facto, quod nonnisi per visum vel auditum percipi potest;

d) Damnati propter perjurium, vel etiam propter aliud crimen, quod infamiam inurit, vel qui in paesenti propter talia crimina judiciali inquisitioni subsunt.

e) Excommunicati.

f Infames.

g Corrupti testes.

Relative autem inhabiles vel saltem suspacti habentur testes, quorum talis ad partes vel rem probandam est relatio, ut in proferendo testimonio sint interessati, uti cognati, amici, inimici, advocati partium, omnesque, quibus dandum testimonium aliquod lucrum vel damnum importat. Hi testes in iis tantum depositionibus sunt suspecti, in quibus interessati esse possunt.

Aliquando vero et tales testes, qui quidem judicialem probationem fundare non possunt, saltim pro informatione percipiendi veniunt, (§. 219 et 220. Instr.) quod præsertim de consanguineis partium valet.

Admittendi sunt quque testes aliunde suspecti et relative inhabiles, si pars, contra quam deponunt, exceptiones haud obgerit. (§. 223. Instr.)

Qui testes singulis in casibus percipiendi sint, qui vero repellendi, singulis in casibus a Judicio dioecesano indicabitur.

§. 45.

Quicunque a judice vel Commissario nomine Judicii ad dandum testimonium citatnr, obligatur testimonium deponere; excipiuntur tantum illae personae, quas lex a testificatione eliberat, e. g. parentes contra proles et viceversa, proximi consanguinci &t...

§. 46.

Quaenam vero circa testium perceptionem Commissario observanda veniant, sequentia innuunt:

Statuitur terminus pro audiendis testibus, et tam testes, quam etiam partes ad comparendum in termino citantur; posteriores: ad videndum et audiendum juramentum testium. Ad juramentum a testibus deponendum partes semper vocari debent, attamen si non comparent, hoc non impedit, quominus jusjurandum excipiatur (§. 226. Instr.) — Quoad citationem testium valent ea; quae sub §§. 22—25. hujus Informationis dicta sunt.—

§. 47.

In ipso termino ante perceptionem testium, juramentum ab iis excipitur, et quidem in praesentia partium, si comparuerint. Utrum partes juramento testium interfuerint nec ne, in protocollo adnotandum venit.

Antequam vero juramentum a testibus excipiatur, opportunum erit, quaerere a partibus, si adfuerint, num aliquid, et quid adversus testes contrapartis obmovendum habeant. Licet enim partes jam in suis praevie apud Judicium imporrectis libellis (exceptione, replica, duplica,) vel circa sui ad protocollum perceptionem exceptiones suas contra testium eredibilitatem formare poterant et debebant, id tamen non impedit, quominus adhuc proxime ante testium adjurationem et perceptionem exceptiones adversus eos faciant.

Quodsi nonnisi factas jam praevie apud Judicium exceptiones repetant, quas Judicium, ordinando nihilominus testis perceptionem, rejecerat, plane audiendi non sunt. Item licet novas proferant exceptiones, quas tamen Commissarius omnino infundatas esse cognoscit, iis non obstantibus testis perceptio assumi potest. Quodsi vero Commissarius exceptionem non plane infundatam esse intellexerit, Judicii decisionem desuper expetet, interea a testis adjuratione et perceptione abstinendo. Adjuratione et perceptione testis peracta exceptioni locus amplius non datur.

§. 48.

Juramentum excipitur a singulis testibus uno post alterum. Excipitur a Commissario, praesente

Secretario et partibus litigantibus, si comparuerint, coram imagine Crucifixi inter duas candelas accensas posita, et praeparato Evangeliorum libro.

Praemissa admonitione de juris jurandi sanctitate et perjurii turpitudine, Commissarius formulam juramenti de verbo ad verbum juraturis lente praeleget, quam singuli, tres priores digitos manus dexterae in altum elevando, clara et intelligibili voce post eum dicent, et ad ultima verba Evangelium manu dextera tangent illudque osculabuntur. (Sumitur Evangelium S. Joannis „In principio" quod habetur in 3. Missa pro Festo Nativitatis D. N. J. C.) Formula juramenti protocollo quoque inserenda et a singulis, praestito juramento manu propria subscribenda est „Ita juravi N. N." apposita quoque tum Commissari tum Secretarii nominis subsriptione „Coram me: N. N. Commissarius. N. N. Secretarius." — Scribendi ignaros alius subscribet. Post nomen subscripti, qui tamen signum crucis nomini suo apponet, subscribens quoque nomen suum adjiciet cum verbis „Scribendi ignarum subscripsi N. N."

Formula juramenti pro testibus.

Ja N. N. przysięgam Panu Bogu Wszechmogącemu w Trójcy ś. Jedynemu, że na czynione mi od Biskupiéj Kommissyi Sądowéj pytania szczerą prawdę według sumienia i według najlepszéj mojéj wiedzy wypowiem, niczego nie tając, niczego nie dodając, nie uwodząc się także żadnemi względami ludzkiemi, bądź przyjaźni, bądź niechęci, zysku lub straty. Przyrzekam także, że zeznań moich przed sądowem tychże ogłoszeniem przed nikim nie wyjawię. — Tak mi dopomóż Panie Boże i ta ś. Ewanielia.

Coram me:	Tak przysiągłem
N. N. Commissar.	N. N.
N. N. Secretar.	

§. 49.

Peracta testium adjuratione incipit eorum examen. Singuli testes singillatim semotis partibus aliisque testibus percipiendi sunt; et quilibet testis tenetur in persona depositiones suas facere, quae a Secretario ad protocollum scribuntur.

§. 50.

Fracta pagina in sinistra protocolli parte ponuntur quæstiones, in dextera vero responsiones. Numerus §§. per totum Protocollum sit continuus.

In regula percipiuntur prius testes in articulis probatoreis designati, deinde vero testes in articulis reprobatoreis denominati.—

§. 51.

Quilibet testis examinetur primum quoad generalia: „Nomen et cognomen?" „religio?" etc. (Vide Protoc. indag. præviæ §. 17.)

Praemissis interrogatoreis generalibus procedit Commissarius ad specialia juxta ordinem articulorum et interrogatoriorum. Commissarius cuncta ad statum causae dilucidandum necessaria vel utilia expiscari debet et ipsis deponentium verbis ad protocollum per Secretarium conscribi curabit. Ad quodvis factum causam scientiae requiret, siquidem testimonia tunc tantum probant, si testes ea, de quibus testantur, propriis sensibus perceperunt. Abstineat tamen a quaestionibus suggestivis, i. e. talibus, quae responsionem, quam Commissarius expectat vel exoptat, jam in se continent.

Dum testes rem confuse exponunt, vel sibi contradicunt, Commissarius eos ad hoc attentos reddet, et enucleationes, quas praebent, in protocollo connotari faciet, nihil tamen in superioribus depositionibus delendo, addendo aut mutando.

Finita singuli testis parceptione, factas ab eo depositiones Commissarius eidem e Protocollo clare et distincte praeleget, quaerendo, num rite sint conscriptae, et num non habeat quaedam addenda vel mutanda. Data ad hanc finalem quaestionem responsione, testis depositiones suas nominis et cognominis subscriptione confirmet. Quoad scribendi ignaros observentur dicta §. 48. —

§. 52.

Ad classem probationum per testes numeratur etiam testimonium rei peritorum. Rei periti quorum consultum forsan necessarium est, a Commissario ad inquirendum deputato seliguntur, et partibus indicantur, quibus liberum est, contra eos, sicuti contra alios testes, exceptiones suas facere, de quibus exceptionibus tribunal matrimoniale decernit (§. 227. Instr.) Seliguntur autem saltem duo, quoniam duo saltem testes ad rem probandam requiruntur. — Jusjurandum a rei peritis ante instituendam per eos rei controversæ revisionem exigi debet, ad quod videndum partes quoque citentur. Si tamen rei periti juramento in munere adeundo deposito, ad veritatem in dandis consultis sancte servandam se obstrinxerint, possunt in processu de separatione a thoro et mensa etiam absque speciali adjuratione ad dandum consultum cum provocatione ad hocce juramentum, in muneris susceptione praestitum, admitti. (§. 227. Instr.) Ante revisionem rei controversae proponuntur eis a Commissario certa interrogatoria, ut sciant, quid indagare et super quibus punctis opinionem suam declarare tenentur. Consultum suum (visum repertum) scripto in forma relationis exhibere possunt; quod alias testibus non permittitur.

Formula juramenti pro rei peritis.

Ja N. N. przysięgam Panu Bogu Wszechmogącemu w Trójcy ś. Jedynemu, że przedmiot w sprawie spornéj małżonków N. N. i N. N., względem którego Biskupiej Kommisyi Sądowéj mam świadectwo złożyć, dokładnie rozpoznam, i zupełną prawdę według sumienia i najlepszej mej wiedzy przedłożę, niczego nie tając, niczego nie dodając, nie uwodząc się także żadnemi względami ludzkiemi, bądź przychylności bądź niechęci, zysku lub straty. Tak mi dopomóż Panie Boże i ta św. Ewanielia. —

Coram me: Tak przysiągłem
N. N. Commissar. N. N.
N. N. Secretar.

§. 53.

Terminata testium perceptione, constituitur terminus pro „attestationum publicatione" et citantur partes. (§. 230 &. 231 Instr.) Quodsi perceptio testium in uno termino finita fuerit, et partes praesto sint, possunt testium depositiones partibus statim post finitam testium perceptionem pnblicari. Protocollum, in quo testium depositiones consignate sunt, partibus vel praelegitur vel inspiciendum exhibetur, et partes percipiuntur, an et quae (non quidem contra personas testium; nam hujusmodi exceptioni nunc jam locus non est (§. 47. Inform.) sed contra ipsa effata testium (puta, contra internam eorum veritatem et credibilitatem) obmovenda habeant. Objectiones suas probare tenentur, ad quod faciendum ipsis terminus (8. dierum) constituitur, copia quoquae protocolli, si petierint, extraditur. Exceptiones unius partis contraparti pro danda declaratione communicentur. — Facta attestationum publicatione, in regula testes sive jam percepti sive etiam novi, super articulis jam indagatis amplius non admittuntur. —

§. 54.

Alius probandi modus est probatio per instrumenta. Instrumenta publica sive privata, ut fidem faciant, in originali exhibenda sunt. Aequalem fidem merentur Dupplicata i. e. copiae a compenti judice ad orginales literas collatae et per publicam personan (Notarium) exaratae. Si vidimatae nonnisi copiae proferuntur, contrapars productionem documenti orginalis petere potest. Copiae simplices nullam probandi vim habent. — Pro productione instrumentorum et exceptionibus contra ea faciendis terminus debet constitui, et partes interessatae debent citari. Si pars postulet, documenti producti copia ipsi conceditur. Si exceptiones contra fidem documentorum aut eorum probandi vim proferuntur, producenti ea probatio incumbit, ad quam praestandam dilatio dari potest.—

§. 55.

An et quomodo probationi per juramentum partis litigantis, sive litis decisivum sive suppletorium locus datur, in singulis casibus tribunal matrimoniale decernit. — Contrapars ad videndum et audiendum juramentum debet citari.—

§. 56.

Probationibus absolutis datur terminus ad „concludendum in causu." Pertes citantur, et in termino omnia acta hucusque confecta ipsis inspicienda permittuntur, ut finaliter causam suam defendant, et exceptiones, si quas habeant, abhuc proferant et demonstrent. (Potest aliquando conclusio in causa fieri **in uno termino** cum attestationum publicatione.) — Post conclusionem in causa jam novis probationibus in regula non datur locus. — Commissarius adhuc semel reconciliationem litigantium partium efficere adlaborabit; frustrato vero conatu acta processus una cum rotulo (i. e. consignatione) Actorum tribunall matrimonii pro ferenda sententia transmittet.

§. 57.

Quodsi aliquando tribunal matrimoniale Commissario etiam in vinculari processu aliquas perceptiones delegaverit, tunc specialissimam informationem adjugent.

§. 58.

Omnes pertractationes judiciales, protocolla, citationes, resolutiones, sententiæ, dimissae copiae simplices, sicut et actiones partium, petita eorumquae allegata juxta Caes. Reg. patentale ddt. 31. Octobris 1857. (Reichsgesetzblatt Nr. 216.) a tymbro sunt immunes, exceptis tamen documentis de lege tymbro muniendis, et copiis vidimatis, quae a Judicio aut Commissario Judicii partibus extraduntur, quae posteriores tymbro pro vidimatione praescripto subjacent. Loco tymbri vero taxae judiciales a partibus solvendae veniunt, eodem Ces. Reg. patentali ddt. 31. Octobris 1857. specificatae, et in sequaelam Alti Decreti C. R. Ministerii Cultus ddt. 6. Novembr. 1858. pro tribunali matrimoniali hujus Dioecesis permissae.

§. 59.

Item omnia officiosa scripta tribunalis matrimonialis et Commissariorum judicialium cum ecclesiasticis et Caes Reg. Instantiis a portorio sunt libera, si tamen sigillo Officii sunt munita et super involucro appositum habeant „Ehegerichtssache." (Juxta Decretum C. R. Ministerii Cultus ddt. 19. Augusti 1857.)

§. 60.

Omnes A. R. D. D. Parochi hanc Informationem compactam cum Currendis IX. X. atquae IV. V. VI. et. VII. de anno 1862, in archivo parochiali asservabunt, et A. R. D. D. Comissarii qua Decani in visitatione decanali inspicient, utrum Lex matrimonialis modo vigens cum hacce Informatione ubique praesto sit?

A Praesidio Judicii matrim. epplis.

Tarnoviæ die 1. Augusti 1862.

Franc. Seraph. Szlosarczyk,
Praelatus Praepos. Capit. infulatus,
Praeses Judicii matrim.

TYPIS ANASTASII RUSINOWSKI TARNOVIAE, 1862.

§ 57.

Quodsi aliquando tribunal matrimoniale Commissariis etiam in vinculari processu aliquas perceptiones delegaverit, tum specialissimam informationem adjiciet.

§ 58.

Omnes praesentationes judiciales, protocolla, citationes, resolutiones, sententiae, dimissae copiae originum, sicuti et actiones partium, petita eorumque allegata juxta Caes. Reg. patentale ddt. 31. Octobris 1857. (Reichsgesetzblatt Nr. 216) a tymbro sunt immunes, exceptis tamen documentis de lege tymbro indigendis, et copiis vidimatis, quae a Judicio aut Commissariis Judicii partibus extraduntur, quae posteriores tymbro pro vidimatione praescripto subjacent. Loco tymbri, vero taxae judiciales a partibus solvendae veniunt, eadem Ces. Reg. patentali ddt. 31. Octobris 1857. specificatae, et in sequelam Alti Decreti C. R. Ministerii Cultus ddt. 12. Novembris 1858. pro tribunali matrimoniali hujus Dioecesis permissae.

§ 59.


Item omnia officiosa scripta tribunalis matrimonialis et Commissariorum judicialium cum ecclesiasticis tum C. R. instantiis a portorio sunt libera, si tamen sigillo Officii sunt munita et super involucro appositum habeant „Ehegerichtssache" (Justa Decretum C. R. Ministerii Cultus ddt. 19. Augusti 1857.)

§ 60.

Omnes A. R. D. D. Parochi hanc Informationem compactam cum Currendis IX. X. atque IV. V. VI. et VII. de anno 1862. in archivo parochiali asservabunt, et A. R. D. D. Commissarii qua Decani in visitatione decanali inspicient, utrum Lex matrimonialis modo vigens cum hacce Informatione ubique praesto sit!

A Praesidio Judicii matrim. eppalis.

Tarnoviae die 1. Augusti 1862.



Franc. Seraph. Szlosarczyk,
Praelatus Praepos. Capit. infulatus,
Praeses Judicii matrim.

TYPIS ANASTASII RUSINOWSKI TARNOVIAE, 1862.